



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Fidei Professio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

totum corpus tabe subitanea commaculent, adeoque, ut colligitur ex D. Thom. cum fiat tripliciter. Primo, operatione dæmonum, facientium videre rem, aliter quam sit. Secundo, ex odio, seu malevolentia. Tertio, ex naturali sanguine menstruo. Primo & secundo modo est peccatum mortale, tertio non, nisi adsit malus animus nocendi; videtur Marf. Ficinum in *Convivio Platonis* c. 4. & ut mihi relatum fuit opusculum quoddam compositum à Reverendissimo Episcopo Puteolorum, vide Bart. Sibyllam in *Speculo peregr. quest. 93. c. 8. 3. declarat.*

FIDEI PROFESSIO.

PRIMO, ad fidei professionem qui tenentur, vide Conc. Trid. *sess. 24. ca. 12. & c. 18. & sess. 25. c. 2. de refor.* & ut singillatim sciantur qui. Primo, Medici. Secundo, Concionatores. Tertio, Confessarii. Quarto, Chirurghi. Quinto, Advocati, & Procuratores in causis Religionis, Curati, Magistrat⁹, Doctores, Beneficiati, etiam beneficiis simplicibus, Prælati, Canonici, dignitates, & personatus habentes, Concilium *locis cit. acta Mediolanensis & celestis, fol. 61. & 90.*

Secundo, provisi de monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscunque locis Regularibus quoruncunque Ordinum, etiam Militarium, quocunque nomine, vel titulo, tenentur ad fidei professionem, Bulla Pii IV.

Tertio, pœna Beneficiatorum non emittentium fidei professionem, est amissio fructuum & possessionis, Conc.

Trid. *sess. 24. cap. 12. de reformat. est & alia pœna in Navar. consi. 7. de iurjuram. & consi. 8.*

Quarto, an ista fidei professio possit geri per procuratorem, affirmativè tenet Navar. *consi. 11. loc. cit. intellige de beneficiatis, tamen sac. Congregatio aliter censuit, ut ibi innuit Apostillator.*

Quinto, an elapsis duobus mensibus, possit Curatus facere fidei professionem? Respondetur quod sic, sed non recuperat fructus perceptos, nisi omisisset illam facere ob ignorantiam. Idem *consi. 12. loci cit.*

FALSARIUM.

PRIMO, falsificantes literas Apostolicas incidunt in Bullam Cœnæ Domini, prout Navar. *c. 27. num. 62. & Gom. in tract. de Brevi, num. 7. 8. & 9.* ubi habes de quibus literis intelligatur: nam non omnes comprehenduntur.

Secundo, pœna, quam incurrunť falsificantes literas Apostolicas, habetur in *ca. ad falsariorum, de crim. fal. & qua pœna puniantur, vide Capyc. decis. 30. nu. 6. de falsificantibus literas simplices justitiæ, habetur cap. accedens, eo tit. si non utatur, in l. si falso, C. eo. & l. qui falsum ff. eo. falsificantes literas aliorum prælatorum & eorum Vicariorum in c. cum olim, & ibi gloss. in ver. sigilla de offi. deleg. & gl. in d. c. ad falsariorum, in ver. legitimas, & gloss. in c. quanto in ver. absentium, de his, qua fiunt a prælat. sine cons. Cap. & Guid. Pap. 9. 455. ubi pulchra dicit de falsificantibus literas de simplici justitia, & non utuntur: nam dicit non debere mole*